UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Chronicon M. Theodorici Engelhusii

Engelhusius, Theodoricus

Helmestadi[i], 1671

Reinervs Reineccivs V. Cl. Praefatione in Helmoldum & Arnoldum Historicos.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10979

Visual Library

REINERVS REINECCIVS V. Cl.

Præfatione in Helmoldum & Arnoldum Hiſtoricos.

In Hiſtoriæ tractatione etiam atque etiam opera danda eſt, ut fontes, hoc eſt, Annales, & id genus alia monumenta, unde juſtæ expoſitiones inſtitui & contexi ſolent, ſimul indagentur, ſimul conſerventur. Neque hîc ſcrupulum injicere cuiquam debet, quod, qui à noſtræ, aut aliarum gentium hominibus, poſt Romani Imperii occaſum conſcripti ſunt, vel barbare loquantur, vel ea deficiantur orationis majeſtate, quam Oratores affectant. Alibi enim delitiæ iſtæ quærendæ ſunt: hîc rerum cognitio & veritatis ſtudium ſufficere debent.